

DE RECTA ET VERA RATIONE PRO-

GIGNENDI LAPIDIS PHILO-
sophici, seu salis argentifici &
aurifici.

*DILVCIDA ET COMPENDIOSA
explicatio.*



Atis, ut opinor, disputatum est à nobis in utram-
que partem in Apologia nostra, an Argyropœia
& Chrysoœia esset ars vera, nec ne: præterea
evidentissimis rationibus confirmatum est, ma-
teriam argento & auro proximam, sive semen

Materia
auro & ar-
gnto pro-
xima, sive
semen au-
ri, est ar-
genti in
vivum.

C. usa ef-
ficiens est
argyrogo-
nia & chry-
sogonia.

Ig. is caus-
sa adjuvās
e. er. è.

Materia à
natura in-
choata &
imperfecta

reliqua, ar-
tificis ma-
num requi-
rit, ut pere-
ficiatur.

Chryso-
nia & Ar-
gyrogo-
nia inve-
stigatio,

auri, aut quod seminis argentei aut aurei vicem gerit, esse
argentum vivum, tam vulgare, quàm quod reliquis corpori-
bus metallicis inest: quodque sola egeat perfectione, à cau-
sa efficiente & perficiente, in Argyropœia & Chrysoœia.
Hanc autem causam efficientem præcipuam diximus esse
Argyrogoniam & Chrysogoniam, ignem verò externum
a nutriticem: sed perfunctoriè quidem de utraque causa effi-
ciente à nobis est disputatum. Quum autem argyrogonia &
chrysogonia, ut causa efficiens præcipua, præstantior & no-
brior sit materia quàm sit ipsa eadem quam informat & per-
ficit, nec illam natura perfecit, sed tantùm inchoatam reli-
querit, Artificis manum veluti ministram expectat: De illa
inquam, luculentius differere & definire, quàm in Apologia
nostra, apud me constitutum est ut stipulationi à me sponte
contractæ, sub finem ejusdem Apologiæ, aliqua ex parte sa-
tisfaciam.

Hoc autem eo lubentius aggredior, quòd videam pleros-
que labores multos atq; infinitos, non sine magnis sumpti-
bus impendere, experiendo quæ passim & ut plurimum sine
ratione, scriptis tradita sunt ab his qui artem hanc profiteren-
tur, & tandem ex tantis laboribus nihil aliud quam versuram
facere. Quorum omniū me miseret, eosque à via aberrantes
in rectam revocare officiosum esse putavi. Ex tantis enim la-
boribus nullos laboriores & faciliores, & minorum sumptu-
um demonstrabo, quàm qui in quærenda vestigandaque ar-
gyrogonia aut chrysogonia (quam nunc lapidē philosopho-
rum